

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio XLVIII. De materiâ cessionis privilegii Ecclesiasticorum, an &
quando illud in cessionarium transeat, vel non, & quod tempus in hoc
attendatur, cessionis, an verò illud in quod differtur ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Additiones & Decisiones ad Tractatum
quamvis Olea, d. tit. 6, quest. 2, num. 19. hanc opinionem extendat ad omnem c-
sum, quo cedens aliquod dominum pati posset, nisi cessionarius personali ipsius pri-
legio uteretur.

DECISIO XLVIII.

De materiâ cessionis privilegii Ecclesiasticorum,²⁰
& quando illud in cessionarium transeat, vel
non, & quod tempus in hoc attendatur, cesso-
nis, an verò illud in quod differtur dispositio.

R.P.D. OTTALORA.

Bononien. Pecuniaria.

Deciso 371.
par. 15. 78-
sem.

Veneris 16. Aprilis 1668.

S U M M A R I U M.

- 1 Statutum Bononiae Rubrica 68. de
Mercatore decœlo, quid disponat,
& quomodo declaretur.
- 2 Statutum unum suppletur ab altero.
Statutum loci habetur tanquam textus
particularis, ideoque servari debet,
& jure communni preferri, numer. 2.
- 3 Decoëtus, & fallitus an dicatur mer-
cator, qui usque ad obitum tenuis
Banchum aperit, semper nego-
tiavit. & cum sufficientiam pa-
- 4 Statutum Laicale non comprehendit
Ecclesiasticos iurisdictioni sum-
suum, minimè subjectos.
- 5 Privilegium Ecclesiasticorum in per-
sonale, an & quando transat in
Cessionarium, vel ne, & numero
seqq.
- 6 Cessionarius, quod fuerit etiam con-
stitutus Procurator ipsius ceden-
tis non

- non est incompatibile cum ipsa Cof-
fessione.
7 Cessioneerius, & Procurator insimil
constitutus, potest uti iuribus per-
sonalibus cedentis & Domini.
8 Cessioneerius potest gerere vices etiam
Procuratoris, & Mandataris, si
talis quoque fuerit constitutus, &
utilius sibi esse putaverit.
Iura personalia transfeant etiam in
Cessioneerium, quando cedentis no-
mine, & adeius utilitatem actio
exercetur, & video etiam sub num.
§.cnum seqq.
- 10 Statutum seu dispositio Laicorum an
comprehendat bona, & jura Eccle-
siasticorum, attenditur tempus, in
quo confertur effectus statuti, vel
dispositionis.
11 Hareditas Clericis, licet possea perve-
niat in Laicum, non tamen cadit sub
dispositione statuti laicalis & quare.
12 Actio cessa transferitur in cessionarium
cum eodem privilegio Pralationis.
13 Privilegium, seu actio competens, in-
tuitu Clericatus, quando est coha-
rens, dicuntur cessa, & in Cessiona-
rium transeunt.

A d formam duarum decisionum R.P.D.meus Bevilaqua suam protulit sente-
tentiam declarante Comitem Marcum Ant. Creditorem instrumentarium,
& hypothecarium teneri concurrere per aës, & libram cum aliis creditoribus,
chyrographariis, ad bona Caroli Catalani publici depositarii diversorum locorum
Montium non solvendo defuncti. Sed in gradu Appellationis coram me, placuit
DD. d. lentiamentum confirmare, quoad credita Laicorum tantum, eamque infir-
mare, quoad credita Ecclesiasticorum.

Pro dictis namque creditis Laicorum, quantumvis hypothecarii obstat Co-
miti Albergato statutum fori Mercatorum Bononiae sub rubr. 68. aperte disponens,
ut ad bona Mercatoris decocti Creditores hypothecarii, per quadriennium ante de-
coctionem non concurrant cum Chirographis per aës & libram, quæ licet, loqua-
tur de cessantibus fugitivis, & latitantibus, qualis non fuit Catalanus, qui nique ad
obitum Bancium apertum retinuit, & negotiationem publicè continuavit, supple-
tur tamen ex alia præcedenti rubrica, 82. ibi habbia laogo ne falliti fugitivo, e morti
quod statutum tanquam textus particularis servari debet, ac juri communis præva-
lere. Cravet. conf. 37 sub num. 6. Socin. Iun. conf. 67. num. 64. lib. 2. Ioseph. Ludovic.
Dec. Perus. 9. num. 30. Rot. decis. 169. num. 5. par. II. recent. cum alias allegatis in di-
viduabus decisionibus, quæ respondent singulis objectis ad illud evitandum alias
propositis, ac de novo repetitis, quod (sic) Catalanus dicitione potuerit decoctus,
eo quia decepsit cum sufficienti patrimonio, nec clausum teneret Bancum per tres
dies ante juxta disposita in rubric. 46. quod statutum in pluribus locis loquatur de
Mercatore dolosè, & fraudulenter decocto.

Ff 2

Alia

Alia verò credita spectantia ad Ecclesiasticos, ex quorum persona agi quoque d. Comes Albergatus comprehendere nequit hujusmodi statutum, ut te merè Laicale ex defectu voluntatis, & potestatis personarum, statuimus
Eminentissimus Othobon. decif. 149. num. 6. Reverendissimus Royas decif. 13. num.
2. Et in Terminis dictis seu in Bonon. discussionis 5. Maii 1655. S. at quoniam
ram bon. mem. Bichio.

Nec subsistere visa est responsio data in decisione coram R.P.D. mescol
vilaque, nempe quod hodiernon agant ipsi Montistæ, sed Comes Albergatus ut
eorum cessionario, in quem privilegium Ecclesiasticorum, tanquam perinde
non transit, nec est cessibile; quia ultra quod iudicium Montistæ d. cessione non ob
stante continuuant judicium in partibus contra Bolognetrum fidei jussorem Co
talani, pro consequenda satisfactione hodierno summi impresso numer. 12. ex qua
dignoscitur non cessisse jura translative, sed tantum actionem cum hypotheca
servatis sibi ipsis juribus utilibus, motivum tollitur ex facto. Nam Comes
bergatus non est absolutè Cessionarius, sed Procurator cum cessione jurum di
summiro num. 10. quod non est incompatibile, *Arias de M. sa par. resol. lib. pru*
cap. 20. num. 24. utim terminis Cessionati, & Procuratoris simul constituti sunt
quod Procurator potest uti juribus personalibus Domini, *cap. 26. conclusio*
hæc verba, illud notandum, quod si Cessionarius sibi utilius esse purat simpliciter
curatoris, vel Mandatarii vicem agere, hoc licet, Anton. Faber. in suo Codicilli
tit. 29. definit. 10. idem comprobatur, ex quo Comes non agit nomine propria
*ad proprium commodum, sed nomine, & ad commodum Montistarum, cum pro
rias exigendas teneatur deponere ad effectum solvendi Montistis, dicto summo*
num. 10. unde etiam jura personalia transeunt in Cessionarium, quando cedens
nomine, & ad eus utilitatem actio exerceretur, Olea de cess. jur. tit. 6. qu. q. 2. num.
19. Et seq. Tondit. quæst. civil. cap. 44. num. 11.

Præterea ad cognoscendum, an bona & jura Ecclesiasticorum comprehen
dantur sub Laicali dispositione, attenditur tempus, in quod conferuntur effectus huius
Sperel. decif. 11. num. 21. *Rota decif. 293. num. 9. par. 11. recent.* Cum autem horum
prædictum intret tantum tempore de cessionis, & tunc jura, & actiones Mar
istarum non essent Laico cessa, sed expost, necessario sequitur, ut transierint con
siderem privilegio exemptionis, prout à simili dicitur de hereditate Clerici, quælibet
postea perveniat ad Laicum, non tamen cadit sub Laicali dispositione, quia quis ef
fetus trahitur ad tempus, quo Clericus decedit. *Surd. decif. 20. num. 8. coram Othob.*
decif. 149. num. 9.

Infuper credita dictorum Ecclesiasticorum tanquam non infixa dicuntur
realia, non personalia, nec habent Hypothecam ex privilegio Clericali, sed de jure
communi vigore pacti constituti, & precarii ac obligationis Cameralis adjectæ

In instrumento allegato summario numer. II. unde remoto obstaculo statuti rationis Clericatus, actio cessa transfertur in Cessionario cum codem privilegio Prælationis, quod habet hypotheca de jure communi in concursu actionis personalis. Olla de celi, jur. tit. 6. quæst. 2. num. 12.

Imò quatenus illa competeret intuitu Clericatus, nihilominus tanquam cohægens diceretur cessa, & transfiret in Cessionario cum suo privilegio. Merlin. de pignor. lib. 3. quæst. 4. num. 2. cum seqq. Cof. deprivileg. Cred. regal. 3. amph. 43. Pacif. de Sabrian. inspect. 3. cap. 4. num. 62. Oleo ubi supradit. 6. quæst. 2. numer. 12. Rot. dec. 310. numer. 6. & seqq. par. 7. recent.

Et ita utraque parte &c.

Ad Quæst. XXVII. Additio.

Ratio cur Scholares & alia Universitatum membra jure communi exempti non dicantur, non alia esse potest, quām quod jurisdictione Rectori tributa per Auctent. Habita. C. ne Fil. pro parte, non sit privativa ad Episcopum, sed cumulativa ut not. ibi. D.D. & vide Clar. in pract. §. fin. quæst. 35. num. 23. Fag- man. in c. cūm inhibitio num. 8. de clandeſt. dispon. Cæterum hodiernis moribus Academias Pontificiæ vel Regiæ autoritate erectas non subesse Ordinarii, nec ad eas extendi jurisdictionem Episcoporum, aperte dictum fuit in Rotans in seq. decisi.



Ff 3

DECI-